

dit: Apostata enim habetur. Constit. 4. memorati 7. t. lib. 1. Cod. est cap. 26. dicti 54. t. libri 60. quod sic habet, ut in compendio propositum est. Constit. 5. est c. 27. ejusd. tit. & lib. quod eadem recenset. Constit. 6. est c. 28. illius, quod similiter jubet. Ibid. lib. 1. t. 1x. Constitutio 18. Judæus, qui cum qui Judaicæ religionis non esset, contraria doctrina ad illam traduxerit, bonorum proscriptio damnatur, & capitaliter punitur.

*Cap. 26.* Generaliter autem de quocumque qui verberat vel injuriam facit, civilis lex itaruit, lib. 47. tit. 10. lib. 1x. t. 35. Codicis, dans adversus illos, injuriarum actionem, quæ deposita scriptura, tum pecuniarie, tum criminaliter instituitur. De homicidis autem tractat t. 8. lib. 48. & tit. 16. lib. 1x. Codicis. *Balsam. Schol.* Tit. x. lib. 47. digest. & xxxv. lib. 1x. Codicis, positi sunt in t. 21. l. 60. Basil. ab ipso initio. Tit. xvi. lib. 1x. Cod. positus est in lib. 60. t. 39. cap. 13. & deinceps.

*Cap. 27.* Constit. 34. t. 4. lib. 1. Cod. Episcopus, aut Clericus, qui aut alea ludit, aut cum aleatoribus commercium habet, vel iis assidet, aut spectacula, arenariave venationes spectat: ab omni sacro segregatur ministerio, annonariis suis privatur pensionibus, & constituitur illi pœnitentiæ tempus, &c. *Balsam. Schol.* Constit. 34. t. 4. lib. 1. Cod. non est posita in Basilicis.

Ibid. Dicitur lib. 1. Cod. t. 3. Constit. 25. quod Clerici litigantes, fidejussiones dent usque ad quinquaginta libras auri, & si res hanc summam excedat, pro exsuperanti cautionem injurati faciant. Lib. 1. Cod. tit. 12. Constit. 3. quod oportet eos qui ad Ecclesias confugiunt, admonitos, & de securitate jurejurando accepto, deponere quæ intulerint arma. Et constit. 6. ejusd. xiiii. tituli dicit, quod, si suspicio fit de Clerico, tamquam res aliquas confugæ habeat, jussu Episcopi sui juret. *Balsam. Schol.* Constit. 25. t. 3. lib. 1. Cod. non est excepta in Basilicis. Constit. 3. t. 12. lib. 1. Cod. est caput xi. t. 1. lib. 5. Basil. Constitutio 6. ejusd. lib. & tit. est thema ult. cap. 13. t. 1. l. 5. Basilicor. nihilque de jurejurando tractat.

Ibid.